est si qui publice quemadmodum in extensionis formam lectum est deservierint Ecclesiæ doctrinam, illorum securitati ea forma quam legi audivistis, prospiceretur —

Sessio 3. (11)

Decretum publicatum in Sessione tertia S. Conc. Triden. sub S.mo D. N. Pio PP. IIII. die XIIII May 1562

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis Legatis Decreta ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda, ac sancienda erant, iustis nonnullis, ac honestis causis in feriam quintam post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie Nonas Iunij prorogandа esse censuit, ac prorogat: dictaque die Sessionem habendam esse, ac celebrandam omnibus indicit. Interea, rogandus est Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, autor pacis, ut sanctificet corda omnium, quo adiuvante Sancta Synodus, et nunc, et semper meditari atque peragere valeat, quæ ad eius laudem, et gloriam pertinent.

Rmus d. Arch. Granaten. Rndi adhoc decreti, quæ sequuntur: Heri in generali congregatione dixi decretum placere sub certis conditionibus quas in mea voce adhibui, sed cum video eas nec doctrinam adimpleri, ideo nunc displicet —

Sessio 4. (12)

Decretum publicatum in Sessione IIII. S. Conc. Triden. sub S.mo D. N. Pio PP. IIII. die IIII. Iunij 1562.

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata præsidentibus in ea eisdem Ap.ca sedis Legatis, propter varias difficultates

ex